

c) Ecclesia, in qua sumenda.

Regulares possunt Laicis, qui degunt intra septa monasterii eisque actu inserviunt, ministrare Sacramenta Eucharistiae etiam tempore Pasch. ac extremae Unctionis, necnon sepulturam dare in propria Ecclesia juxta editum in Mediolanensi, *non tamen iis, qui quidem actu inserviunt sed degunt extra septa Monasterii nec eorum familiis.* S. C. C. 25. Januar. 1738.

Ad dubium: An famuli et famulae Monialium saeculares degentes in mansionibus sitis in atriis monasteriorum muro circumvallatis, et quae sunt contigua monasteriis et habent portam, quae clauditur, teneantur recipere Sacram. Euchar. tempore pasch. a parochis, in quorum parochiis Monasterium et mansiones sitae sunt? S. C. C. resp.: Affirmative et non amplius. Die 19. Sept. 1722.

In Oratoriis Collegiarum Convictoribus discipulis et domesticis, hoc est, illis, qui actu degunt in Collegio et illi inserviunt, Communio pasch. administrari non potest. S. C. C. 11. Junii 1718.

Vd.: *Communio* (Ecclesia).

d) Excommunicatio.

Episcopus adversus eos, qui temporibus ab Ecclesia statutis ad Confessionis et Eucharistiae Sacramenta negligunt accedere et poenas cap.: *Omnis utriusque Sexus* de Poenit. et Remiss. contemnunt, potest etiam ad excommunicationem procedere, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ex rationabili causa communio ad tempus dilata fuerit. S. C. C. 28. Jan. 1587 ad 1.

e) Tempus.

Communio in Paschate praeceptum potest extendi in longius tempus

ex Episcopi aut Parochi dispensatione rationabili, veluti si timeatur de lapsu in peccatum, seu gravitas delicti perpetrati id requirat aut si causa alicujus forensis expeditionis impediatur conscientiae serenitatem. S. C. C. 19. Novb. 1619.

27) Pyxis ferenda a Diacono.

Celebrans, qui non habet usum pontificalium, s. communionem distribuens, non potest sibi teneri facere Pyxidem a Diacono et per Subdiaconum Patenam. n. 2791 ad 2 die 13. Junii 1676.

28) Quotidiana.

Vd.: *Communio* (frequens.)

29) Ritus.

Ad dubium: An in Communione Fidelibus ministranda post Versum: *Panem de Coelo etc.* dici omnino debeant ante Orationem alii Versus: *Domine exaudi etc., et Dominus vobiscum?*

Emi., et Rmi. P. S. tuendis Ritibus praepositi . . . respondendum censuerunt: „Affirmative, ut praescribitur in Rituali Rom.“

Atque ita rescripserunt, ac servari mandarunt, die 24. Sept. 1842. n. 4947 ad 3.

Vd.: *Communio* (distribut. infra miss.); *Patena* (in commun.)

30) In Sabb. sancto.

Quum orationes tam praecedentes quam subsequentes Communionem missae Sabb. sancti loquantur in numero plurali; quaeritur: utrum liceat in eadem missa post Communionem Celebrantis SSmm. ministrare Fidelibus et praesertim cum particulis in eadem missa consecratis? S. C. resp.: Negative, nisi adsit consuetudo. n.

4815 ad II. die 22. Sept. 1837; et tunc post missam non vero intra eandem 7. Sept. 1850.

31) Sacerdotum sub utraque specie.

Vd.: *Missae* (interrupta per mortem Sacerdotis; *Votum P. Joni.*)

32) Sacerd. consecrandorum.

Vd.: *Ibidem.*

33) Tempus.

Ad dubium: An liceat in Sabb. s. inter missarum solemnias s. Eucharistiam Fidelibus distribuere et numper eandem sumptionem s. Communionis praeceptum paschale adimpleatur? S. C. resp.: Affirmative in utroque. n. 4499 die 22. Mart. 1806.

Ad dubium: An die magni concursus ad Indulgentiam plenariam vel Jubilaeum possit ministrari s. Eucharistia fidelibus aliqua hora ante auroram et post meridiem? S. C. resp.: In casu, de quo agitur, affirmative a tempore ad tempus, quo in illa Ecclesia missae celebrentur vel ad formam rubricae vel ad formam Indulti eidem Ecclesiae concessi. n. 4526 ad 37 die 7. Sept. 1816.

COMPATRONUS.

1) Commemoratio.

(Vd.: *Commemor. Patroni.*)

Ad relationem: quod in illis Ecclesiis aut locis, in quibus Sanctus Titularis aut Patronus habet socium in Breviario, de Sancto socio fiat tantum commemoratio, tamquam de simplici, dum non remanet dies vacuus pro translatione. S. C. resp.: Negative, excepto casu, quod in toto anni decursu dies vacui deficerent, pro translationibus juxta rubricas. n. 4508 ad 6 die 9. Apr. 1808.

2) Festum (Cf. Patronus).

Cum servitium Cathedralis Thelesinae in Ecclesiam s. Leonardi terrae Cereti, Dioecesis Theles., sit translatum et s. Leornadus sit Compatronus dictae Terrae, Canonici petierunt, praecipui diem festum s. Leonardi venerari de praepcepto tam in dicta Terra quam per totam Dioecesim cum Officio et Octava. S. C. resp.: *nihil.* n. 858 die 20. Apr. 1630. Festa ss. Comprotectorum non posse indici sub praepcepto. n. 1922 die 7. Sept. 1658. Capitulum Ostuni supplicanti pro concessione facultatis continuandi in celebrando festum s. Orontii cum octava non obstante, quod in dicta civitate sit alius s. Patronus; S. C. resp.: „Nihil et in posterum abstineant“. n. 2722 die 9. Febr. 1675.

3) Oblig. Regul. ad Officium.

Ad dubium: An Regulares teneantur celebrare praeter Officium Patroni Civitatis et Dedicationis Eccl. Cath., etiam Compatroni, de quo agitur Festum cum onere audiendi Missam, et etiam alicujus Sancti specialis loci illius, in quo degunt?

Et S. eadem C. . . . rescribendum censuit: „Regulares teneri ad Officium tantum praecipui Patroni Dioec. si adsit, vel Loci“.

Atque ita declaravit, definivit, servarique praepcepit. n. 5042 ad 1 die 23. Maji 1846.

COMPLETORIUM.

1) Modus.

Ad dubium: An sustineatur edictum Episcopi mandans Canonice tantum completorii diebus in eo praescriptis, seu potius liceat *recitare* modo choralis vel cani facere a Musicis Cappellae capitularis? S. C. resp.: Ne-

gative ad primam partem exceptissollemnioribus festis in Quadrag. occurrentibus; ad secundam affirmative: ad tertiam negative. n. 4235 ad 20 die 15. Sept. 1753.

Ad completorium, postquam Hebdomadarius dixit *Confiteor*, universus chorus debet respondere *Misereatur et Confiteor*. n. 351 ad 16 die 19. Maji 1607. (Vd.: Episcopus assistens).

2) Pontificale.

Non licet Abbati Monasterii s. Sepulchri die dominica 27. Julii celebrare Completorium pontificaliter et sub baldachino occasione successivae processionis SSmi. n. 3789 ad 1 die 22. Aug. 1705.

3) Tempus.

Ad dubium: An Episcopus possit praescibere, ut Vesperis in Choro peractis, recitatio Completorii suspendatur, usque dum Sacra Pyxis in majoris Altaris Tabernaculo collocetur, Catechismus, vel Concio ad Populum absolvatur, quaedam Orationes recitentur in conspectu SSmi. Sacramenti, et fiat cum eo benedictio, quod est contra Ecclesiae Putedanae consuetudinem, cum ejusdem Canonici soleant post Vesperas statim Completorium recitare?

Et S. eadem R. C. censuit respondendum: „Juxta votum, hoc est, de jure non teneri“. n. 4534 die 22. Martii 1817.

NOTA GARDELLINI AD HOC DECRETUM:

Huic Dubio occasionem dedit expositio S. Pyxididis in majoris Altaris Tabernaculo, quae fieri solet post Vesperas; unde Canonici Completorium differre coguntur, ut interim concio habeatur, nunnulae recitentur preces, et populus, post benedictionem cum S. Pyxide ei impertitam, dimittatur.

Ne quis autem sit, qui credat, S. C. dum stricte Dubio respondit, tacite saltem non reprobasse morem extrahendi S. Pyxidem Tabernaculo ad effectum eam exponendi sub Umbella, vel elargiendi populo benedictionem: etenim P. E. eidem S. C. praepositi, Dubio respondentes, haud ampliarent examen ad id, quod non quaerebatur. Equidem caeremoniarum Magister, qui ut super propositis Dubiis votum suum aperiret, rogatus fuit, morem exponendi S. Pyxidem sub umbella, vel e Tabernaculo extrahendi pro impertienda confluentibus benedictione, agnoscens esse contra receptos Ecclesiae ritus, opportune notavit: de quo ritu hic agere ad me non pertinet. Nam expositio cum Pyxide *privata* est, et sub ea conditione permittitur, dummodo e Tabernaculo non extrahatur: veluti repetitis Decretis expresse jubent S. C. Episcoporum, et Regularium die 9. Dec. 1602., altera Conc. Trid. interpretum 17. Aug. 1630. 28. Febr. 1654, et 14. Apr. 1674. ex Lib. 19. Decretorum pag. 319., et Lib. 28. pag. 72., ac tandem S. R. C. in Savonen. 31. Mart. 1642. Spartam hanc mirifice illustrat S. M. Benedictus XIV. tam ut Doctor privatus in altera ex suis Institutionibus Ecclesiasticis, quae est XXX. latinae editionis, quam ut Pontifex in Epistola ad Cardinalem Guadagni suum in Urbe Vicarium dat. die 27. Julii 1755. legenda in Bullario ejusdem Pontificis Tom 4. pag. 317, et sequent. editionis Romanae. Hinc etiam fit, ut nec liceat S. Pyxidem loco Ostensorii radiati sub umbella exponere. Ita laudatus Pontifex in citat. Institut. num. 77. Penitus interdicitur S. Pyxidem ob *privatam* causam extra Tabernaculum afferri, vel velatam sub umbella collocari, cum nullum hujus ritus vestigium apud Scriptores, nullaue Sedis Apostolicae consuetudo depre-

hendatur, quam sequi omnino debemus. Haec obiter adnotasse sufficiat.

Ab antiquo tempore Canonici Cathedralis Casalan. diebus dominicis aliisque festis per annum occurrentibus, quando a Musicis vesperae decantantur, consueverunt eo tempore in choro bini et bini Vesperas et Completorium recitare. S. C. resp.: Canonicos non satisfacere obligationi chori, recitando hoc modo Completorium tempore, quo a Musicis vesperae decantantur. n. 4215 die 3. Apr. 1751.

CONCEDE. (Oratio.)

(Vd.: *Oratio tert.*; *A cunctis.*)

Ad dubium: An in Missa votiva S. Francisci Oratio: *A cunctis*, quando dicenda est, permutari debeat in aliam B. M. V. *Concede*, prout in Missa votiva SS. Apostolorum Petri et Pauli volunt aliqui Rubricistae?

Et Emi., ac Rmi. P. S. eidem C. praepositi respondendum censuerunt: *Juxta votum*, videlicet:

„Vel omittendum nomen S. Francisci in Oratione *A cunctis*, aut legendam Orationem ad poscenda suffragia, quae incipit *Concede* etc. Et ita responderunt, die 15. Maji 1819. n. 4560 ad 3.

NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM:

Cum de uno eodemque simul Officium et Commemorationem fieri vetitum sit, ut omnes norunt, pari ex ratione recolenda iterum non est in secunda Oratione memoria illius Sancti, cujus in honorem oblatum est Sacrificium, vel haec Officio respondeat, vel Missa ex illis sit, quas Votivas dicimus: servari nihilominus in his debent qualitas et numerus Orationum, quas Rubrica praescribit. Quid igitur agendum, si celebretur Missa Votiva de S. Titulari, in qua secunda Oratio debet

esse *A cunctis*, et per *litt. N.* ibi signatam ejusdem Titularis memoria recolenda indicatur? Satisne erit, eadem Oratione retenta, nomen Titularis omittere, vel potius aliam, quae prima est, ad petenda suffragia Sanctorum, illi sufficere? Regula peti nequit a Rubrica, quae in Missis votivis de B. M. V., ne iterum de ea fiat, Orationi *A cunctis*, alteram *de Spiritu S.* substituendam jubet; et in illis de SS. Apostolis Petro et Paulo Orationem *Concede nos famulos tuos* de B. M. In neutra ex his Missis potest surrogari Oratio *Concede*, quae, inter diversas prima est, quia in hoc etiam cum B. M. V., tum SS. Apostolorum peculiaris fit mentio: nihilominus cl. Gavantus ex hac Rubrica quaestionem sibi proponit part. 1 tit. IX. num. 15: *An similem ob causam in Missa votiva de Patrono, seu Titulari, qui nominatur in litt. N. in Oratione A cunctis debeat fieri similis mutatio?* et respondet: *Satis esse in eo casu vel tacere in Oratione A cunctis nomen Patroni, seu Titularis, ne de eodem bis fiat mentio in Collectis; vel nominare poteris vice illius alium pro tua devotione.* Gavanto adhaeret *Guyetus lib. 3. cap. 29. quaest. 7.* Bene quidem: sed haec est privata Scriptorum sententia, quam S. C. non rejicit, immo adprobat; tanti tamen non est ponderis, ut pro certa regula habenda sit, et non alius potius Sacerdotum arbitrio relinquendus modus, scilicet Orationem *A cunctis* commutandi in aliam *Concede*, quae similiter est ad petenda suffragia Sanctorum? Non alia certe de causa, nisi liberum sit Sacerdoti vel unam potius quam aliam legere, dum alterutra districte non praecipitur; vel in aliqua circumstantia, veluti illa est, de qua in Dubio proposito, praeceptam in aliam commutare. En igitur ratio, qua S. C. facultatem relinquendam esse du-

xit Sacerdotibus vel omittendi in Oratione *A cunctis* nomen Titularis, vel Patroni, vel potius legendi illam, quae prima est inter diversas, scilicet *Concede quaesumus etc.*

CONCIO.

1) Assist. Canonicorum.

Canonicis licere tenere pannum in eorum scamno extra stallum, cum assistunt Concionibus n. 612 die 14. Febr. 1626.

Canonici et Praebendati reliqui Cathedralis vel Collegiatae, si inibi conciones habeantur, interfuturi assistant, ordine sedentes in proprio ac decenti scamno cum habitu choralis sub poenis Episcopo benevisis. n. 2135 die 1. Oct. 1661.

Canonici Cathedralis Civitatis Pompeji Stabiae interessentes concionibus debent esse induti habitu canonicali dum sedent in propriis stallis. n. 3644 die 31. Mart. 1703.

2) Pro Defunctis.

a) Habitus Concionatoris

LIMBURGEN.

Sacerdos Carolus Klein S. Theologiae Doctor ac Rmi. Ep. Limburg. Caerem. Magister quum animadverteret in Caere. Ep. s. m. Benedicti XIV. jussu edito *libro 2 cap. 2* praescribi: „Si Sermo habendus erit in laudem Defuncti pro quo Missa celebratur, tunc ea finita, ante absolutionem accedat Sermocinator vestibus nigris indutus sine Cotta, et facta Oratione ante medium Altaris, nulla petita benedictione ab Ep., sed facta eidem profunda reverentia vel genuflexione, pro qualitate personae, ascendat Pulpitum panno nigro cooperatum, ubi facta iterum Episcopo reverentia, signans se signo Crucis facit

sermonem“. Ut ab hac Caeremonialis praescriptione quaecumque ambigua interpretatio amoveatur, S. R. C. enixe rogavit, ut declarare dignaretur:

1. An praenotatis Caeremonialis *vestibus nigris* etiam Stola comprehendatur, ita ut Sermocinator in laudem Defuncti (extra Urbem) stola super veste talari, vel alia dignitati suae competenti, indui debeat?

2. An laudata dispositio Caeremonialis in Eccl. Cath. tantum, an etiam in aliis omnibus, Episcopo absente, servari debeat? Et S. eadem C. ad Vaticanum subscripta die coadunata in Ordinariis Comitibus, ad relationem mei Secretarii rescribendum censuit:

Ad. 1. „Negative“.

Ad. 2. „In omnibus Ecclesiis servandam“. n. 5010. die 14. Junii 1845.

b) Tempus.

Non licet fieri Conciones infra Octavam Omn. SS. pro animabus Purgatorii sine speciali Indulto. n. 3372 die 8. Oct. 1695.

3) Dignit. et Canon. (Habitus.)

Vd.: *Canonicus*, (insign. et habit); *Cappa Canon. Cath.* (decr. n. 4536.); *Stola; Rocchetum Canon.* (decr. n. 4683.); *Canonici* (administr. Sacram. decr. n. 4669.)

Non licet Dignitati et Canonico, qui sit etiam Protonotarius titularis, in Cathedrali concionari cum habitu *praelatitio*, videlicet subtana, rocchetto, mantelletto et stola. n. 3150 die 11. Novb. 1641.

Non licere Canonicis Cathedralis vel Collegiatae uti habitu canonicali, dum concionem habent in aliqua Ecclesia intra Dioecesim, sed tantum in propria Ecclesia, ubi sunt Canonici. n. 1619 die 10. Sept. 1650.

Ad dubium: An Dignitatibus et Canonicis Ecclesiarum Colleg. habenti-

bus usum mozzetae, dum conciones intra et extra proprias Ecclesias sunt habituri, sit permittendus usus stolae super mozzeta? S. C. resp.: Pro observatione decretorum et Caerem. respective. n. 3484 die 2. Aug. 1698.

Ad dubium: Debentne Episcopi et Sacerdotes concionem habentes adhibere stolam? S. C. resp.: Servandam esse immemorabilem consuetudinem. n. 4669 ad 21 die 12. Novb. 1831.

4) Episcopi (Habitus, bened., assistentia.)

Cf.: *Episcopus*, (*ingressus etc.*); *Episcopus* (assistens Concioni); *Concio* (assistens Canonico.)

Episcopus habitu quotidiano et ordinario concionaturus est, nempe cum rocchetto et mozzeta et addita stola, nisi solemniter prius celebraverit, quia tunc servanda est forma libri Caeremonialis. (lib. II. c. VIII. n. 48. 49.) n. 174 die 23. Novb. 1602.

Ob supremum Ordinem et Dignitatem Episcopalem non convenire, ut Episcopus concionaturus ab Ordinario etiam Cardinali ante Concionem benedictionem petat. n. 343. die 28. Apr. 1607.

Episcopo in Ecclesia Cathedrali in ambone, ubi praedicatores ordinarii praedicare consueverunt, praedicanti sine baldachino, et in habitu *Mozzetae et Stolae* non debetur assistentia Canonicorum aut Dignitatum sed nonnisi quando cum Pluviali et Mitra juxta Caeremoniale praedicare voluerit. n. 4185 die 19. Decb. 1643. Teneri duo Canonicos assistere Episcopo in pulpito concionanti, si idem pontificaliter indutus, id est, cum Pluviali et mitra et baculo, concionetur in Cathedrali. n. 3103 ad 1 die 23. Mart. 1686; n. 3605 ad 2 die 3. Decemb. 1701.

Nemini tam saeculari quam regulari etiam in eorum propriis Ecclesiis licere

concionare, ipso Episcopo actu concionante. n. 2422 die 10. Sept. 1667.

Ad dubium: An Episcopus censuris, et poenis, vel distributionum amissione valeat Canonicis Ecclesiae Cathedralis praescribere, ut Catechismo intersint, quem ad populum habet, eidemque in Ambone concionanti assistere, ubi solent alii Verbi Dei Praecones, si id faciat talari habitu indutus, vel cum Mozzeta, vel Stola?

Et S. eadem R. C. censuit respondendum: „Juxta votum, hoc est, de jure non teneri“. n. 4534. die 22. Martii 1817.

NOTA AL. GARDELLINI AD HOC DECRETUM:

Plura occurrunt S. C. Decreta, quibus firmatum est, Canonicos concionanti Episcopo assistentiam praestare debere dumtaxat, quando Pontificalibus est indutus, servata forma Libri caeremonialis; sed non teneri, si Episcopus extra Pontificalia cum simplici Mozzeta, et Stola Verbo Dei velit pascere suas oves. Ita responsum lego die 19. Dec. 1643., et rursus in Nolana 23. Mart. 1686. in respons. ad Dub. 1, et in Calaritana 3. Dec. 1701 in respons. ad Dub. 2. Praesertim vero in Pacten. 19. Mart. 1760, ubi Dubium idem erat, ac illud a Puteolanae Cathedralis Canonicis propositum, videlicet: An ab ipsis debeat assistentia Rmo. eorum Episcopo Pacten. pueros plebemque docenti Christianam Doctrinam? Cui responsum fuit: In casu, de quo agitur, assistentiam non deberi.

Ad dubium: Debentne Episcopi et Sacerdotes concionem habentes adhibere stolam? S. C. resp.: Servandam esse immemorabilem consuetudinem. n. 4669 ad 21. die 12. Novb. 1831.

5) Infra missam (Locus).

Vd.: *Instructio. Clem.* §. XXXII. n. 11.

6) In Oratorio.

Prior . . . Congregat. s. Philippi N. Placent. potest cum licentia tantum Ordinarii habere publicas conciones. n. 3864 ad 4 die 10. Mart. 1714.

7) Protonotarii (Habitus).

Protonotario apost. extra numerum licet concionari cum habitu praelatio, videlicet subtilana, rocchetto et mantelletto. n. 1679 die 9. August. 1653.

8) Cor. SSmo. exposito.

Cf. *Concionator* (bened. cor. SSmo.). *Commem. SSmi. in missis et festis* (Quando etc. decr. n. 4782 nota).

Nulla modo convenire, ut caput tegant Concionatores, quando praedicant vel sermonem habent in Ecclesia, ubi super Altare SS. Sacramentum in tabernaculo chrystallino publice, ut a Christifidelibus veneretur et adoretur, exponitur, prout fieri solet infra octavam festivitatis Corp. Christi et quando per annum oratio continua quadraginta horarum indicitur, sed eos semper capite detecto, dum concionem habent coram SS. Sacramento, stare debere. n. 344 die 28. Apr. 1607.

Indecens omnino esse ante SS. Sacramentum, publice expositum, concionem vel sermonem habere *capite cooperto*, consuetudinem contrariam esse abusum tollendum et prohibendum. n. 788 ad. 4 die 9. Decemb. 1628.

S. R. C. prohibuit in posterum et vetuit neminem concionari vel sermonem habere ante SS. Sacramentum publice expositum, nisi *capite detecto* non obstante quacunque contraria con-

suetudine, quam abusum esse, et ita ab omnibus etiam quavis speciali nota dignis ubique terrarum servari. n. 845 die 16. Febr. 1630.

Ad dubium: An saltem liceat fieri concionem coram SSmo. capite tecto, quando illud velo serico obductum est? S. C. resp.: *Negative* n. 4815 ad IV. die 22. Sept. 1837.

De licentia concionandi cor. exp. SSmo.; vd.: *Instructio Clem.* §. XXXII. n. 1—3; *de objecto:* n. 4.; *de persona, habitu et stola:* n. 5 et 6; *capite detecto:* n. 7. 8. 9.; *locus:* 11 etc.

9) Post. Sumpt. SS. Sanguinis.

Ad dubium: Possuntne in Missa post sumptionem haberi breves sermones, dum vel ad S. Synaxim prima vice adolescentes admittuntur, vel alia quacunque ex causa, qui quidem sermones *Fervorini* nuncupantur? S. C. resp.: „Affirmative.“

Atque ita declarandum et rescribendum censuit. n. 5183 ad 24 die 16. Aprilis 1853.

10) Tempus.

Praesente Archiepiscopo non pertinere ad Decanum Cathedr. praescribere quantum temporis durare debent Sermones in Cathedrali. n. 3370 ad 4 die 3. Sept. 1695.

CONCIONATOR.

1) Benedictio.

Non ad Decanum sed ad ipsum Suffraganeum Administratorem praesentem pertinere absolutionem generalem facere et benedictionem Concionatori impertiri. n. 706 ad 2 die 7. Aug. 1627.

Episcopo absente non pertinet ad Vicarium benedictionem impertiri con-

cionem habituro. n. 950 ad 2 die 13. Mart. 1632; n. 3523 die 11. Julii 1699.

Etiam *Regulares* ad conciones et sermones habendos ab Episcopo benedictionem petere debent. n. 1061 ad 2 die 12. Junii 1638.

Ad dubium: An liceat Canonico Turritano solemniter celebranti impertiri benedictionem Concionatori, quoties infra missarum solemnias non interessente Archiepiscopo ascendit pulpitem ad praedicandum, vel potius sufficiat unica benedictio impertita ab Archiepiscopo, dum illum eligit ad praedicandum? S. C. resp.: *Negative:* n. 3736 ad 1 die 12. Sept. 1705.

Vetita est (omnibus Dignitariis) etiam habentibus usum Pontificalium, benedictio concionatoris. n. 2048 die 17. Apr. 1660.

Archipresbyteri, quid gaudet usu Pontificalium, non licuisse per Concilium Tridentinum benedictiones super concionatorem elargiri. n. 2057 die 12. Junii 1660.

Praedicatores in Ecclesiis Monachorum non debent accipere benedictionem ab Abbate praesente, tam si assistat celebrando pontificaliter, quam alio tempore assistendo seu celebrando sine habitibus pontificalibus. n. 2661 ad 2 die 2. Decb. 1673.

Exponentibus Canonicis Reg. S. Joann. Ev. Portug., quod Episcopus Vlisbonen. praetendit, ut, quando Oratores volunt concionare, prius recipiant ab eodem bened. *genuflexi et non stantes*, contra Caerem. Bauldry c. 9 de Canonic. off. n. 4.; S. C. resp.: Servetur Caerem. lib. 1. c. 22 n. 3114 die 4. Maji 1686. n. 4062 ad 9 die 3. Aug. 1737.

Canonicos reg. Congr. s. Augustini de cruce Coimbriae Portug. teneri *genuflectere* in accipienda bened. ab Ordinariis, antequam concionent, con-

traria consuet. non obstante. n. 3126 die 5. Oct. 1686.

Parochis non competere facultatem benedicendi (concionatores) n. 3203 die 11. Febr. 1690.

Ad dubium: An Concionatores in Ecclesia Collegiata Manresae teneantur petere benedictionem a Canonico celebrante? Et quatenus affirmative:

2. An Concionatores, etiam Superiores Regulares, teneantur *deosculari* manum Canonici celebrantis post benedictionem ab eo acceptam?

S. C. respondit: „Affirmative ad utrumque, et amplius.“ n. 4468. die 30. Aprilis 1796.

Ad dubium: 1. An Parochis competat jus exigendi, quod presbyteri in missa sol. ad Evangelium de licentia Episcopi praedicantes a parocho celebrante benedictionem petant?

2. In casu affirmativo: an etiam Canonicus a parocho non Canonico benedictionem petere debet?

S. C. resp.: *Negative* in Omnibus. n. 4999 die 7. Decb. 1844.

Ad dubium: 1. Utrum Parochus quisque Populo enunciaturus Verbum Dei tempore Missae sollemnis vel in sua Eccl., vel in altera intra limites suae Paroeciae, veniam aut benedictionem a Celebrante expetere debeat, etiamsi hic non esset Episcopus?

2. Utrum Praelati Reg., qui usu Pontificalium insigniti sunt in Ecclesiis sui Instituti praedictam veniam, ut in praecedenti, petere debeant praedicaturi? Et S. eadem C. . . rescribendum censuit:

Ad 1. et 2. „*Negative*“.

Et ita rescripsit, ac servari mandavit. n. 5035. die 23. Maji 1846.

2) Bened. cor. SSmo. exposito.

Coram SSmo. publice exposito Concionator petere debet benedictionem in qualibet concione a quocunque ce-

lebrante, *si in Dioecesi Bracharensi adsit consuetudo*; secus petendam esse benedictionem a celebrante, dummodo sit Episcopus, juxta Caerm. Lib. I. c. 22. n. 4469 ad 1 die 10. September 1796.

Vd.: *Concio cor. SSmo.*

3) Regularis.

Vd.: *Instructio Clem. §. XXXII. n. 5. 6.; Concio Dignitatum* (decr. n. 4669).

4) Salutatio.

a) Cleri.

Absente Archiepiscopo Concionator nec Priores, nec Magistratum nec Capitulum salutare debet. n. 1648 die 3. Aug. 1652. Non est inconveniens, si Ministri altaris et ipse Celebrans salutationi concionatoris respondeant. n. 3120 ad 7 die 2. Julii 1686.

Concionator debet prius salutare Canonicos Cathedr. in apparatu choralis absente Episcopo, capitulariter sedentes et deinde Gubernatorem saecularem n. 3243 die 11. Aug. 1691. Etiam praesente Episcopo: n. 3304 die 24. Jan. 1693.

Concionatorem non teneri absente Episcopo Canonicis Cathedr. titulum Rmi. tribuere. n. 3434 die 13. Julii 1697; n. 3545 ad 3 die 23. Jan. 1700; n. 3768 ad 2 die 2. Apr. 1707.

Ad dubium: An concionator debeat prius salutare Capitulum aut Magistratum? S. C. resp.: *Affirmative* n. 3545 ad 2 die 23. Jan. 1700.

Salutatio per Concionatorem Capitulo et Magistratui est peragenda cum praelatione Capituli. n. 3992 ad 4 die 9. Decb. 1730.

Concionator absente Episcopo post reverentiam generalem factam Capitulo deinde populo, non tenetur vix incoepa Concione iterum veniam exhibere seu postulare a Canonicis, quia

ut ajunt, unum sunt cum Episcopo. n. 4536 ad 7 die 4. Junii 1817.

b) Episcopi.

Deberi Episcopo primam et distinctam salutationem n. 3385 die 7. Apr. 1696. Dum assistit Suffraganeus Velitern. in Presbyterio concioni, salutatio praedicatoris ei prius dirigi debet distincte ab illa Canonicorum et Magistratus saecularis. n. 3491 ad 4 die 6. Sept. 1698.

c) Laicorum.

Vd.: *Reverentia; Magistratus* (reverent).

Non licet Concionatori salutare Magistratum et alios cives titulo Illmi. praesente et absente Archiepiscopo. n. 2877 die 18. Mart. 1679.; n. 3545 ad 3 die 23. Jan. 1700; n. 3768 ad 1 die 2. Apr. 1707.

Connivendum fore ab Archiepiscopo (Surrentino) ut Concionatores, postquam initio concionum ipsum salutarint cum titulo Illmi. et Revdmi., juxta antiquam consuetudinem Gubernatorem et Magistratum subinde salutarint cum titulo Illmi. n. 2068 die 12. Junii 1660.

Duci Campaniae dari non debet a Concionatoribus salutatio cum titulo Excellentiae post illam Episcopi. n. 3705 ad 1 die 13. Sept. 1704.

Faciendam esse a concionatoribus unicam reverentiam ante initium concionis, primam Capitulo, alteram Magistratui. n. 4403 ad 7 die 23. Julii 1781.

CONCLUSIO.

1) Orationum diversarum.

Vd.: *S. Ludovicus; Absolutio in die Commemor. etc.; Oratio imperata* (decr. n. 4526); *Exaltatio s. crucis* (conclus.); *Missa vot. pro Spons.* (conclusio). *Anniversarium*

creationis et coronat. SS. PP. (oratio); *S. Camillus de Lellis.*

Oratio: Excita Domine in populo tuo spiritum charitatis etc. concludenda est: *Ejusdem Spirit. s.* n. 1181 die 17. Sept. 1639.

Ad dubium: Si 2. oratio est de Spiritu s. aut de eo fit mentio, tertia sive ultima debet concludi *Ejusdem Spir. s. Deus etc.?* S. C. resp.: *Negative*; n. 4055 ad 6 die 15. Sept. 1736.

Ad dubium: In aliquibus Breviariis, et Missalibus Orationes Sancti Juliani, Sancti Fidelis, Postcommunio Sancti Joannis Nepomuceni, Sancti Bernardini, Sancti Hieronymi Aemiliani, Sanctae Joannae Franciscae, Postcommunio Sancti Januarii, Octavae Passionis Domini Nostri Jesu Christi, Feriae quartae post Dominicam secundam Quadragesimae in Vesperis concluduntur: *in unitate Spiritus Sancti*; quaeritur: an nomen *Spiritus*, quod in iis Orationibus legitur, indicet revera Spiritum Sanctum et quomodo sint concludendae? S. C. resp:

Negative, ad primam partem; ideoque quoad secundam more solito concludendae. n. 4669 ad 49 die 12. Novb. 1831.

Ordinis Eremitarum Sancti Augustini. Sacrorum Rituum Congregationi sequentia Dubia enodanda proposuit R. P. Fr. Jacobus Spratt Ordinis Eremitarum Sancti Augustini hodiernus Prior Collegii Sanctae Mariae in Posterula Urbis, nimirum:

1. Quando in Missa vel Officio dicuntur plures Orationes sub unica conclusione, et in prima Oratione, vel secunda, non autem in ultima nominatur Spiritus Sanctus, quaeritur: an in conclusione dici debet: *in unitate ejusdem Spiritus Sancti etc.*

2. An idem dicendum *Per eundem Dominum nostrum*, quoties Filius non in ultima Oratione, sed in aliqua ex

praecedentibus tantum fuerit nominatus?

Eminentissimi et Reverendissimi Patres Sacris tuendis Ritibus praepositi, in Ordinario Coetu ad Vaticanum hodierna die habito, audita relatione ab infrascripto Secretario facta respondendum censuerunt: Negative ad utrumque. die 23. Maji 1835. n. 4747.

2) Orationum SSmi.

S. R. C. mandavit, ut servetur rituale rom. circa conclusionem orationis: *qui vivis et regnas per — saeculorum*, vel: *qui . . . in saec. saeculorum*, in repositione SSmi. n. 3140 die 14. Junii 1687; n. 3145 die 30. Aug. 1687. *Instructio Clem. §. XXIV.* n. 23 etc.

Cum ex parte civium Civitatis Platinae Dioecesis Catanien. expositum fuerit, quod occasione, qua in Ecclesiis Civitatis praedictae exponi solet SSnum. Eucharistiae Sacramentum, inleverit abusus recitandi post finem ultimae Orationis loco: *Qui vivis et regnas, etc.*: *Per Dominum Nostrum Jesum Christum filium etc.*, ac propterea ea pro declaratione, quomodo terminanda sit ultima Oratio? S. R. C. humillime fuit supplicatum.

S. eadem R. C.: „Orationem praedictam his verbis: *Quis vivis, et regnas in saecula etc.* concludi debere“ declaravit. Et ita servari mandavit. n. 3912 die 10. Sept. 1718.

Ad dubium: An Oratio: *Deus qui nobis sub Sacramento mirabili concludi debeat per verba: Qui vivis et regnas in saecula*, seu: *qui vivis et regnas per omnia saecula saeculorum?*

Et S. eadem C. . . respondendum censuit: „Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.“

Atque ita rescribere censuit et declarare. n. 5152 ad 6 die 29. Martii 1851.